

»Et adverte, quod prædicta restitutio, juxta bullam, non potest remitti, nedum a religioso qui donavit, sed nec etiam a monasterio cui debetur; nec quidem a tota religione, nisi forte qui tenetur restituere sit vere et realiter impotens; quia, juxta juris regulam, ad impossibile nemo tenetur.»

**3804.** P. ¿Quiénes pueden absolver y dispensar de las penas impuestas contra los violadores de las constituciones pontificias?

R. La constitución *Apostolicae Sedis* tan sólo hizo variación respecto de la jurisdicción de los prelados regulares para absolver y dispensar á sus súbditos en la parte que pertenece á las censuras latae, que es lo único á que se concretó dicha constitución *Apostolicae Sedis*, de Pío IX, de 12 de Octubre de 1869; en todo lo demás perteneciente á irregularidades, inhabilidades, privación de voz activa y pasiva, privación de oficios y beneficios, y demás penas canónicas, de cualquier clase que sean, todo lo dejó en el mismo estado que antes tenía. Por lo tanto, cada instituto regular vea los privilegios que tienen sus prelados locales, provinciales ó generales para absolver ó dispensar á sus súbditos de esas penas.

\* Para saber quién, cuándo y cómo puede absolver de la reservación en que incurre el que indebidamente recibe á «regularibus utriusque sexus dona seu donum quod ad materiam gravem pertingit», véase el núm. 2365 de esta obra.

Los prelados regulares pueden dispensar á sus súbditos de todas las inhabilidades y penas contraídas *ratiōne delicti*, v. gr., privación de oficio, beneficio, de lugar etc., aunque estén reservadas al Sumo Pontífice, por privilegio de Sixto IV, San Pío V, Gregorio XV. San Ligorio, apend. 2, num. 105; Ninzatti, tomo 1, num. 950; Marc, num. 2187. \*

## CAPÍTULO XII

### DE LA ENAJENACIÓN DE BIENES ECLESIÁSTICOS INMUEBLES Ó MUEBLES PRECIOSOS.

**3805.** Hablando Donato de la enajenación de los bienes inmuebles de la Iglesia (tom. I, tract. XIV, q. 2), dice así:

«Quod res Ecclesiæ non possint alienari sine consensu Romani Pontificis, est conclusio indubitata, et multiplici jure probatur: et primo, jure divino; in lib. enim *Leviici*, cap. 25, habentur hæc verba: *Terra quoque non venditur in perpetuum, quia mea est, et vos advenæ, et coloni mei estis*: quapropter bona ecclesiarum non sunt nec possunt dici bona clericorum vel monachorum, qui solum sunt usuarii, sed vere et proprie dicuntur et sunt patrimonialia Domini nostri Jesu Christi: etenim quæ Ecclesiæ offeruntur, intuitu Dei offeruntur, qui omnia dedit ejus Filio, nempe, Christo Domino, ut docuit Innocentius in cap. *Cum ex parte, de elect.*, in 6.

»Ideoque ad Jesum Dominum spectat de illis disponere: Innocent. in cap. *Cum super, extra, de causa possess.* Et quia legitimus Vicarius ipsius Domini nostri Jesu Christi in terris est ipse Summus Pontifex, ejusque vices gerens, merito dicendum est, excepto Papa, nemini licere disponere de patrimonio dicti Domini nostri Jesu Christi, nisi more furum et latronum, qui de alterius bonis disponunt, sine speciali mandato.

»Secundo, jure civili; habetur enim in lege *Juvemus*, la secunda *C. de sacro sanct. Eccles.*, et in § *Nos igitur, verb. Alienationis autem nomen, in authent. de non alienandis aut permutandis rebus Ecclesiæ.*»

Después de otras autoridades que cita Donato en favor del respeto que se debe tener á los bienes de la Iglesia para no enajenarlos, conviene te-

ner presente la importante constitución de Paulo II, que dice así:

«Ambitiosæ cupiditatí illorum præcipue qui divinis et humanis affectatis, damnatione postposita, immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, monasteria, et pia loca reguntur illustranturque, et eorum ministri sibi alimoniam vendicant, profanis usibus applicare, aut, cum maximo illorum ac divini cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes, omnium rerum et bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem et conductionem ultra triennium (1), necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a jure permisis, ac de rebus et bonis in emphytesim ab antiquo concedi solitis, et cum ecclesiæ evidenti utilitate, ac de fructibus et bonis quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione præsenti fieri prohibemus: prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, et decretis aliis super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominus robore permanuris: et si quis autem contra hujus nostræ prohibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quidquam alienare præsumperit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, et infeudatio hujusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti; et tam qui alienat, quam qui alienatas res et bona prædicta receperit, sententiam *excommunicationis incurrat*: alienanti vero bona

(1) Si la cosa locada no produce fruto sino cada dos años, puede darse locación por seis años; y si no produce fruto sino cada tres años, puede darse por nueve. Si una vez se dió en locación con beneplácito apostólico, concluido el plazo, se puede volver á dar en locación sin nueva licencia.

ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si pontificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus: et si per sex menses immediate subsequentes sub interdicto hujusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato, lapsis mensibus eisdem, a regimine et administracione suæ ecclesiæ vel monasterii, cui præsident in spiritualibus et temporalibus, sit eo ipso suspensus; inferiores vero prælati, commendatarii, et alii ecclesiarum rectores, beneficiati, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canoniciatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis, cum cura, et sine, sæcularibus et regularibus beneficiis, quorum res et bona alienarunt dumtaxat, ipso facto privati existant, illaque, absque declaratione aliqua, vacare censeantur; possintque per locorum Ordinarios, vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis, illis exceptis quæ propterea privatæ fuerint, libere de jure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter aut generaliter reservata: et nihilominus alienatae res, et bona hujusmodi ad ecclesiæ, monasteria, et loca pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant, libere revertantur. Nulli ergo, etc.

»Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, kalendis Martii, Ponitificatus nostri anno quarto.»

**3806.** Después de esta constitución de Paulo II, Urbano VIII dió la siguiente:

«Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, rerum experimento edocta quantum religiones accipiant detimenti ex bonorum immobilium et pretiosorum

mobilium detractionibus, quas crebo faciunt regulares Apostolicis privilegiis innixi, ac proinde operæ pretium putans illorum facultatem aliqua ratione compescere, speciali Sanctissimi Domini nostri jussu, generalibus et provincialibus Capitulis vel congregationibus, abbatibus, generalibus, et quibuscumque aliis superioribus regularibus cuiusvis Ordinis, congregacionis, societatis, vel instituti, *infra fines Europæ* (1) existentibus, omnium rerum et bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalios, hypothecam, locationem et conductionem ultra triennium, concessionem in feudum vel emphyteusim (præterquam in casibus a jure permisis) fieri perpetuo prohibet atque interdicit, absque ipsius Congregationis Concilii expressa licentia in scriptis et gratis concedenda, sub pena privationis omnium officiorum quæ tunc obtinebunt, vocisque activæ et pasivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtainenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurant; sublata etiam generali et protectori illam moderandi aut relaxandi facultate; penitus nihilominus Apostolicarum constitutionum, et præsertim felicis recordationis Pauli II, quæ incipit *Ambitioæ*, in suo robore permansuris; alienationes vero, pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones, et concessiones quascumque contra hujusmodi prohibitioñ faciendas, Sanctitatis Suæ auctoritate, ipso jure nullas et irritas decernit, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum

(1) Aunque yo había leído en tres autos que la prohibición y penas impuestas por Paulo II á los que enajenaban bienes eclesiásticos contra lo dispuesto en la constitución apostólica *Ambitioæ*, tan sólo obligaba en Europa, me alegro haberlo visto expreso en esta declaración de Urbano VIII.

atque Ordinum, tam mendicantium quam non mendicantium, militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, congregationum, societatum, aut cuiusvis alterius instituti, etiam necessario in individuo exprimendi, monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum regularium quorumcumque, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, et privilegiis, sub quibuscumque tenoribus et formis, cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio; et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicacionis seu extensionis concessis, et iteratis vicibus approbatis et innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ac formis, specialis et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, et aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, quibus, quoad ea quæ præsenti decreto ac prohibitioni adversantur, illis alias in suo robore permansuris, specialiter et expresse Sanctitatis Suæ auctoritate, derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, die 7 Septembris 1624. COSMUS, CARDINALIS DE TORRES.—Locus sigilli.

**3807.** El Bulario de la Orden de Predicadores, edición de Roma de 1740; en el tomo 8 y último (tract. *De consensu bullarum*, tit. I, q. 14), después de poner en el núm. 2 los Papas que aprobaron y explicaron ó entendieron la constitución de Paulo II (constitución 25, dada en 1º de Marzo de 1467), cita la constitu-

ción 134 de Urbano VIII, que comienza *Cum post*, dada en 21 de Marzo de 1626; y el Bulario, compendiádola, dice así:

«Cavet, ne regulares pecunias ad cambium vel mutuo accipient cum solutione lucri cessantis et damni emergentis. Idque prohibet, ut indemnitatæ religionum consulatur: id enim fiebat cum obligatione seu hypotheca bonorum, aut dato pignore.»

A continuación, en el núm. 3, después de referir todos los Papas que dieron constituciones sobre esta materia, compendia las penas en que incurren los que enajenan indebidamente los bienes eclesiásticos, y dice así:

«III. Ex quibus habetur, quænam sint poenæ adversus alienantes ecclesiastica bona statutæ. Prima est nullitas actus. Secunda est excommunicationis latæ sententiæ. Tertia est interdictum. Quarta est privatio beneficiorum. Quinta est suspensio ipso jure. Sexta est privatio vocis seu suffragii, officiorum, etc., et inhabilitas. Septima (quæ habetur in constitutione S. Pii V, quæque non pertinet ad materiam quam tractamus, sed ad illos spectat qui castra, civitates, et id genus cætera Sanctæ Romanæ Ecclesiæ bona alienant), etc.

Omito las demás palabras, porque tan sólo pertenecen á los Estados Pontificios.

**3808.** Después el Bulario explíca á quiénes comprende cada una de las expresadas penas, y dice así:

«Sciendum quod illæ quæ numero III recensentur poenæ, secundum distributionem, quam vocant *acommodam*, sunt intelligendæ. Etenim Sanctus Pius V, exempli gratia, loquitur in primis de alienatione feudorum, civitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, etc., ad Apostolicam Sedem pertinentium; Passerinus, loc. cit., num. 677.

»Privatio etiam beneficiorum et administrationum ecclesiistarum non af-

ficit nisi prælatos et administratores Episcopis ac abbatibus inferiores: nec extenditur nisi ad beneficia quorum bona alienantur. Et quamvis hæc poena sit latæ sententiæ, nihilominus in conscientia foro locum non habet ante sententiam declaratoriam, uti docent autores quos laudat Passerinus, ibidem, num. 673.

»Quod spectat excommunicationis poenam, Passerinus, ibidem, a num. 4 ad 14, notat, quod licet olim sententiæ ferendæ fuerit, nunc vi constitutionis Paulinæ, sententiæ latæ, est: quoad personas est universalis; locum tamen non habet nisi contra *præsumentes*. Hinc si fiat alienatio ex ignorantia, quantumvis crassa, quæve dici non possit alienatio *præsumpta* et temeraria, non subditur excommunicationis poenæ a Paulo II latæ. Nec illa excommunicatio reservata est (1); nec incurritur, nisi tradatur res ecclesiæ; nec afficit nisi alienaciones *præsumptas* sine beneplacito apostolico legitime impetrato. Monet ibidem Passerinus absolutionem non dari nisi satisfacta parte, id est, eclesia cujus bona sunt alienata.

»Addit num. 672, quod interdicti poena quoad personas non est universalis, sed afficit solum Episcopos et abbates, *præsumptionem* requirit, nec est reservata.

»Suspensionis etiam poenam latam esse ipso jure in Clementina, notat Passerinus ibidem, num. 674. Hæc autem, inquit, sic intelligenda, ut sit suspensio ab *Officio divino*, et *jurisdictione* ac *administratione*. Quantum ad personas, afficit religiosos administrantes ecclesiæ bona; nec enim comprehendit omnes, sed illos dumtaxat qui, cum præsint monasteriis, aut eorumdem bonorum administrationem habent, ipsa, bona vel redditus

(1) Esta excomunión está vigente, y en la constitución *Apostolicæ Sedis* de Pío IX es la tercera de las excomuniones *nemine reservatae*.

monasterii tradunt contra præscriptum ejusdem Clementinæ. Addit numer. 675, quod hæc suspensio non est reservata.

**3809.** »VI. Notandum primo, quod alienatio dicitur omnis actus per quem dominium transfertur. Dividitur in alienationem propriissime, proprie, et communiter dictam. Alienatio propriissime dicta est actus per quem transfertur dominium tam utile quam directum. Alienatio proprie dicta est illa per quam transfertur dominium utile tantum, non vero directum, ut in emphyteusi et infeudatione. Alienatio large et communiter sumpta est illa per quam transfertur in alium quocumque jus in re, ut in hypotheca, pignore, usufructu, servitude, etc.

»VII. Quibus suppositis, sciendum quod ubi simpliciter et absolute prohibetur alienatio, accipitur alienatio communiter dicta. Hinc in extravaganti Paulina dicitur, quod prohibitum sit omne pactum per quod alicuius boni ecclesiastici dominium transfertur, et sub nomine boni ecclesiastici nedum veniunt prædia, domus, possessiones, etc., sed omne jus utile et ecclesiasticum. Hinc ibi prohibetur expresse concessio, et hypotheca, locatio ultra triennium, emphyteusis (vide notam III: num. X), et infeudatio. Quod pro regularibus clarius appareat ex decreto Sacrae Congregationis, cuius supra memini: ex Passerino, loco laudato, quem consulas velim a num. 136 inspectionis primæ ad 698 inspectionis duodecimæ, ubi lato calamo quidquid hac de re desiderari potest prosequitur.»

**3810.** Donato, después de numerar las penas en que incurren los que violan la constitución de Paulo II sobre la prohibición de alienandis bonis ecclesiasticis, y poner aquella cláusula de dicho Papa en que declara nulo el contrato hecho contra su constitución, dice así:

«Si quis autem contra hujus nos-

træ prohibitionis seriem de bonis et rebus eisdem quidquam alienare præsumperit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, et infeudatio hujusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti.»

Después pregunta: «Quid a poenis prædictis possit excusare?» y responde: «Primo equidem, ab his poenis excusat bona fides: secundo, ignorantia tam juris quam facti, dummodo ignorantia non sit conjuncta cum ingenti temeritate; Navar., cons. 19, num. 13, *De reb. eccles. non alien.*, in 1.<sup>a</sup> edit., et cons. 5, num. 2, et in const *De non alien.*, num. 14; Megal., tom. 1, cons. 32, num. 40 et num. 50; et constat ex illis verbis bullæ, ibi: *Quidquam alienare præsumperit; præsumptio enim denotat dolum, scientiam, et temeritatem, per illa jura quæ refert* Navar. cit., et Graff., tom. 1, consil. 22, *De sentent. excom.*, num. 13, et egomet supra dixi in tract. *De violat. claus.*, q. 17: et ratio esse potest, quia simplicitas, bona fides, et ignorantia probabilis excusat a peccato mortali secundum omnes; et consequenter ab omnibus poenis quæ supponunt peccatum mortale, uti sunt poenæ graves: tertio, excusat opinio saltem alicuius probati doctoris, qualis est qui suum dictum bene probat; Navar., cons. 2, *De præscriptionibus*, et tom. 2, comment. *De alienat.*, num. 16, et Quarant., cit. loc., numero 50; quarto, excusat, revocatio facta ante traditionem rei; Navar., cons. 18, *De reb. eccles.*, et Quarant., ubi supra: quandoquidem requiritur ad incurrendum in poenas, ut res sit tradita parti recipienti alienatum.»

**3811.** Descendiendo en particular á enumerar algunas de las cosas que en este lugar se entienden por alienatio, dice Ferraris (en las palabras *Alienare* y *Alienatio*, art. 4, número 1 y siguientes) que cuando se deja á la Iglesia una finca, por ejemplo, y el donante tiene deudas, si es

para pagarlas, no se exige el beneplácito apostólico para la enajenación de la parte que sea necesaria para pagar las deudas, porque primero es pagar que donar ó heredar, y así la finca no estaba toda incorporada á los bienes de la Iglesia; pero cuando la finca está ya del todo incorporada á la iglesia ó lugar piadoso, entonces, si se quiere enajenar para pagar deudas, debe obtenerse previamente el beneplácito apostólico: «ex decreto Sacrae Congregationis Concilii, in una *Salutiarum*, 20 Sept. 1624, lib. 27 *Decretor.*, pag. 103.»

Cuando una alhaja de plata ó de oro se transforma en una cruz, ó un olivar de bienes eclesiásticos se convierte en una viña ó en otra cosa más útil, es sentencia común que no se necesita beneplácito apostólico; pero añade Ferraris en el núm. 4 del lugar citado: «Non sic tamen in subrogatione patrimonii clericalis, quod alienari non potest sine licentia Episcopi, etiamsi in loco ejus subrogetur beneficium. Sic decrevit Sacra Congregatio Concilii, 16 April. 1622, lib. 4, pag. 321.»

Después continúa Ferraris, núm. 5: «Tertio, licet sit multum probable quod prælatus possit sine solemnitatibus et beneplácito apostólico repudiare legatum factum Ecclesiæ, etiam de rebus immobiliis, ut tenent plurimi magni nominis doctores, ut Janson., Federicus de Senis, Zoesius, Cardin. de Luca, Barbosa, Sylvester, Sanchez, Castropal., Lesius, Anacleitus, et multi alii; tamen probabilius est prælatum non posse sine beneplácito apostólico repudiare legata seu hæreditates relictas ecclesiis, monasteriis, et aliis locis pii. Sic tenent Baldus in 1. contra Juris, § 1, ff. de pactis; Ancharenus, Angelus, Quaranta, Amostaz., Tondutus, Tamburinus, *De Jure Abbatum*, Molina, Azorius, Pinellus, Monacelli, Engel, Naldus, Filliuc., Lambert., et multi alii; stando in punto juris, etiam

Barbosa, part. 2, allegat. 95, num. 54<sup>a</sup> et Rota Rom., coram Celso, decis. 8, num. 8. Et ratio est, quia repudiatio legati in jure expresse dicitur alienatio; leg. Magis *puto*, § *Fundum, ff. de rebus eorum, qui sub tutela, etc.*, ubi habentur præcisa verba: «Fundum autem legatum repudiare sine prætoris auctoritate non potest; esse enim et hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat.»

En el núm. 11 dice Ferraris:

«Sine beneplácito apostólico aut solemnitatibus nequeunt alienari jura perpetua Ecclesiæ; adeoque nec servitus passiva imponi, nec activa alienari potest sine beneplácito apostólico: Passerin., Monacell., et sic decrevit Sacra Congregatio Concilii, in *Albanen.*, 21 Junii 1698.»

En el núm. 12 dice Ferraris:

«Sine beneplácito apostólico nequit fieri ulla transactio, qua cedantur jura super bonis prætensis ab ecclesia, licet illa non possideat, sed aliquid aliud loco bonorum recipiat: Rota, coram Coccino, etc., et sic decrevit Sacra Congregatio Concilii, in *Asculana beneplaci*, 14 Februarii 1699.»

En el núm. 13 continúa Ferraris:

«Sine solemnitatibus et beneplácito apostólico nequit fieri alienatio ab una ecclesia in aliam; immo neque inter personas ejusdem ecclesiæ..., ne, ut tenet Rota, pag. 7, decis. 191, num. 12, detur occasio discooperendi unum altare pro altero cooperiendo in diminutionem divini cultus; et colligitur clare ex cap. 1, *De reb. eccles. non alienandis*, in 6, ubi fuit declarata invalida alienatio decimorum facta ab una ecclesia in aliam sine requisitis solemnitatibus;» y después de otras varias cosas, añade: «Et sic declaravit Sacra Congregatio Concilii in una *Neapolitana*, 24 Januarii 1632, his verbis: «Sacra, etc., dubio proposito mature discussio, censuit, permutationem inter duas ecclesiæ absque solemnitatibus factam, effectuatam minime sustineri,

»et rectores ipsarum ecclesiarum in-  
cidisse in pœnas, cap. 22, sess. 22,  
»De reformat., et extravagantis Am-  
bitiosæ,» et in visitationem SS. Li-  
minum episcopi Carthaginensis, 11  
Junii 1712, ad primum.»

En el núm. 15 y siguientes continúan Ferraris:

«Sine solemnitatibus et beneplacito nequit fieri arborum incisio et venditio, quando incisio et venditio est in magna quantitate cum notabili deterioratione fundi, et quando arbores sunt destinatæ ad efferendum fructum annum, et non sunt cæduæ, ut sunt nuces, castaneæ, poma, olivæ, et aliæ hujusmodi primario destinatæ ad fructum annum; harum enim alienatio cadit sub prohibitione, cum defectu ipsarum fundus notabiliter deterioretur. Sic tenet Rota, part. 2, decis. 553, num. 1, et doctores passim. Potest tamen sine beneplacito fieri incisio et venditio arborum, quando sunt vetustæ, ac inutiles, et indigent renovari, ut sunt vites vetustæ, malus arantium vetus, et aliæ hujusmodi; vel quando arbores sunt nimis densæ et opacæ, cum densitas et opacitas seu umbra impedit et noceat fructibus, et ex tali incisione fundus evadat fructuosior; vel quando arbores sunt primario destinatæ ad cæsionem, ut fructificetur in ratione ligni, ut sunt arbores silvæ cæduæ, nemoris, et hujusmodi, quæ renascuntur, et per incisionem sunt in fructu, et per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur; adeoque earum incisio et venditio non est prohibita, cum fructus non prohibeant alienari, ex cit. extrav. Ambitiosæ, ipsos expresse excipiente his verbis: *Præternam de fructibus: sic Rota, ubi supra, cum doctoribus passim...*»

En el núm. 18 dice Ferraris:

«Octavo, sine beneplacito apostolico non possunt bona ecclesiastica, sive mobilia pretiosa dividi in plura corpora, ad hoc ut minuatur valor, et

reducantur ad esse terrularum, vel ad estimationem minorem quadraginta scutis romanis, ut res fiat auctoritate Episcopi alienabilis. Hoc enim esset aperte agere in fraudem legis, et absque solemnitate alienare quæ sine ipsa sunt inalienabilia per cit. extravag. Ambitiosæ, et alia superius citata jura; et ideo esset totaliter illicita et invalida talis fraudulenta alienatio ratione malæ fidei, tam alienantis, quam emptoris fraudi scienter consentientis. Et sic, Clemente VIII approbante, declaravit Sacra Congregatio deputata super moderatione brevis Gregorii XIII circa bona ecclesiarum dioecesis Parmensis ad Livell. concessa 7 Octob. 1602, in resp. ad primum dubium.»

Por muebles preciosos, según un decreto de la Sagrada Congregación del Concilio (*in Florentina*) de 23 de Febrero de 1647, se entienden también «ipsimet codices manu exarati antiqui et pretiosi, itemque pictura magni valoris. Véase el tomo 8 del Bulario de la Orden de Predicadores, pág. 83, edición de Roma de 1740.

En el núm. 20 dice Ferraris:

«Sine beneplacito apostolico sunt nullæ et invalidæ locationes seu concesiones ad longum tempus bonorum ecclesiæ sive Capituli, quamvis fiant inter canonicos et beneficiarios ejusdem ecclesiæ alienantis; adeoque sunt rescindendæ, non obstante contraria consuetudine, quæ corruptela dicitur, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii in Astens., 26 Junii 1688, confirmata 24 Januarii 1699, et in Tarent., 5 Martii 1701, et Sacra Congregatio Episcop. Bicten., 20 Decemb. 1697.»

En el núm. 26 dice Ferraris que aun cuando los bienes se dejen á la iglesia con la cláusula de que ésta los pueda vender cuando y como le plazca, una vez incorporados á la iglesia, no se pueden vender sin beneplácito apostólico; y cita una resolución que en este sentido se dió, aprobada por Urbano VIII; porque la voluntad del

testador ó donante, *tamquam illicita, servanda non est*. Otra cosa sería si el donante dejase los bienes á la iglesia con la cláusula expresa de que se vendiesen para comprar cálices u otras cosas del culto, ó para dotar doncellas; pues en este caso se deberían vender los bienes para cumplir la voluntad del donante.

Aquí se ha de notar que aunque muchos regulares tenían antigamente privilegio para enajenar sus bienes sin acudir al Papa ni al Obispo, todos estos privilegios caducaron por el decreto de Urbano VIII, y, si no los obtuvieron posteriormente á él, de nada les sirven.

**3812.** Los regulares no pueden traspasar sus bienes de un monasterio á otro, aunque sean de un mismo instituto, y aún de una misma provincia. He aquí la resolución literal de la Sagrada Congregación: «Sic Sacra Congregatio Concilii in una regularium alienationis, in qua, ad instantiam procuratoris generalis Ordinis Prædicatorum, proposito dubio: «An alienationes, de quibus agitur in decreto de rebus regularium non alienandis, quatenus inter monasteria ejusdem Ordinis, et quidem cum utriusque contrahentis monasterii utilitate fiant, ita prohibitæ atque interdictæ censeantur, ut absque Sacrae Congregationis licentia perfici non possint,» sub die 27 Februarii 1666 respondit: «Ita esse prohibitæ; quam declarationem probavit Sanctissimus, ut refert cardin. Petra, tomo 4, Comment. ad constit. 6 Benedicti XII, num. 36.» Así lo refiere Ferraris, en el lugar citado, núm. 30.

**3813.** Tampoco se pueden enajenar sin beneplácito apostólico los muebles preciosos de los regulares, aun cuando intervenga el consentimiento del Definitorio y la aprobación del Capítulo general; pues habiendo los religiosos Menores de la observancia de la provincia de Croacia enajenado muebles preciosos con to-

dos esos requisitos, y además con buena fe, entraron en alguna duda sobre si la enajenación había sido hecha válidamente, advirtiendo que el importe de las preciosidades se invirtió en obras de piedad y de misericordia. He aquí la consulta y la resolución de la Sagrada Congregación:

«An dicta alienatio mobilium pretiosorum fuerit et sit valida? 2.<sup>um</sup> An alienans sine beneplacito apostolico in aliquam pœnam inciderit?—Sacra Congregatio respondit: Ad 1.<sup>um</sup>, Negative. Ad 2.<sup>um</sup>, incidisse in pœnas sacrorum canonum, constitutionum apostolicorum, et decreti sanæ memorie Urbani VIII; et pro absolutione supplacet Sanctissimo. Sic præcisse refert cardinal. Petra, tomo 4, Comment. ad constit. 6 Benedicti XII, num. 9.»

**3814.** Los regulares en los contratos que celebran pueden hipotecar ó hacer hipoteca general de todos los bienes del monasterio; porque siendo cláusula general en los contratos el obligar todos sus bienes, no encontrarán quien socorriese sus necesidades, si no pudiesen comprometerse con esa cláusula de la hipoteca general. Así lo resolvió la Sagrada Congregación del Concilio, como refiere Fagnano, lib. 3, *Decretal.*, in cap. Nulliliceat 5, *De reb. eccles. non alien.*, num. 32, his verbis: «Demum hanc sententiam approbavit meo tempore Sacra Congregatio Concilii in contractibus regularium; nam proposito dubio. An in prohibitione nuper edita de rebus regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca, nec ne? Sacra Congregatio censuit non comprehendi. Et in eodem sensu fuit eadem Sacra Congregatio in Romana beneplaciti, 13 Januarii 1691.»

Los regulares no pueden sin beneplácito apostólico enajenar el dinero dejado al monasterio para comprar bienes inmuebles ó muebles preciosos; porque aunque el dinero no se reputa entre los bienes inmuebles ó muebles preciosos, pero cuando se